1156 ~~sibi~~ fore dux considerans, quod imperator petit, se factūrum promittit et hoc nullis Boemorum ~~et~~ scientibus preter supradictos duos viros iuramento confirmat et hac fabricatione inter se sepulta post celebratas nuptias leti ad propria redeunt.[1]

übergeschrieben P

( ) 1157 Anno dominice incarnationis MCLVIII° imperator Fridericus) ducis Wladizlai) exulis Polonie et sororis ~~eius~~ sue, que ei matrimonio iuncta fuerat,[2] misertus eum ad restituendum in Poloniam parat exercitus.[3] Ad fratres eius Bolezlaum et Meskam, qui eum expulerant, legatos mittit precipiens, ut ei ducatum reddant vel ei armis respondeant. Legati in precepto eius nichil proficiunt, ad introitum Polonie super flumen magnum et profundum transitu difficile, quod Odra dicitur, ad castrum Glogov dictum ponunt exercitus. Ad hanc expeditionem Wladizlaus) dux Boemie ab imperatore vocatus cum fratribus suis, domno Henrico et Trebaldo, et principibus Moravie et aliorum baronum cum forti militia venit et primus cum omni militia sua supradictum flumen forti impetu transit. Hoc Poloni cernentes in defensionem contra eos et imperatorem ire non valentes castrum suum Glogov fortissimum ipsimet combusserunt.[4] Post hec imperator cum omni militia sua flumen transiens progreditur inantea. Talia Poloni cernentes, quid facto opus sit, suos consulunt sapientes. Interea quecumque inveniuntur ab exercitibus destruuntur. Sapientum itaque suorum invito consilio, ut eos Wladizlaus),

~~kein dux eius P~~ sue übergeschrieben statt nicht geschlagen eius P

Anz.

Anz. 22

korr. P

übergeschrieben P

Consulit

Vgl. V. (23)

1) Die Ann. Mellic. (SS IX, 504) Ann. Herbip. (SS XVII, 9) Ann. Seligenstad. (SS XVIII, 32) erwähnen hierfür 1156 die Krönung Wladislaus zum König.

2) Agnes, Halbschwester Konrads III. und Tochter Friedrichs I. Anz. hieraus wird deutlich, daß die Notiz oben V. 22 sich nicht auf den Polenherzog Wladislaus beziehen oder nicht richtig sein kann.

3) Vorbereitungen für diesen Feldzug des Kaiser Friedrichs an Welfold (Jaffé, Bibl. I, 601 Nr. 470) und auf diesem Beschluß Rahewin. III, 2. Vgl. auch Lucius, Der Feldzug Friedr. Barb. gegen Polen (1157), Z. d. hist. Ges. f. d. Posen, Posen XXI, 1906). R. Holtzmann in Z. d. G. Schlesiens 56, 1922

4) Friedrich selbst nennt noch Beuthen (Bitin) et alia plura oppida, die die Polen selbst verbrennt.